vt instituti ab Hercule Ludi, cum denuo instaurarent, mensi illi assi-
gnarent, qui ab Hercule nomen acceperat. Et delphis illum non Elide
ita appellatum, satis aperte significat ipse Tzetzes. Ne quidem apud
delphos incongrue. Est n. apud Mythologos celebris illa, quae Hercul:
ipse cum Apolline fingis, de tripode decertatio. Potuitq. illa caussa fuisse
cur, ut primus anni delphic: mensis dicabat Apollini, secundus fratri
Apollinis Hercul: dicaret. Nec video sane cur mensis delphic: mentio
in celebrandis Elide Ludis occurreret, nisi ab Oraculo delphis edito (quod
sermone patrio delphorum concipiebat) emanasset. desunt a. monumen-
ta quae doceant qua demum caussa Ludi Olympic: a Thargelione Del-
fico ad Hecatombaeonem fuerint translata.

de Poetis Cyclicis conf. Io. A. Fabric. Bibl. Gr. L. II. c. II. §. 15. p. 281. And. Borremansius Dial. de Poet. et Pro-sodi. p. m. 48–58.

Hausit illa ni fallor, Tzetzes e vetustissimis Epic: Cycli Poetis, vetustis-
que eorum Scholiastis. Erant n. in Poesi diuum antiquissima Epica, varii
argumento libri, diplenemque nominibus Auctorum admodum incertis. Nec
de Ilii duntaxat excidio, de quo egit Homerus, verum in de aliis My-
thic: intervalli Historiis, tam antiquioribus quam recentioribus. Horum pie-
rosque in vnum corpus coegere veteres Gramatici, & communi
ἐπικοῦ κύκλου (qui μελικοῖς & ἐλεγειακοῖς opponebat) titulo
designaverunt. Primus fortassis hujus corporis collector Dionysius
fuit, seu Milesius, seu Samius, seu vtrius vtriusque civis. Hunc κυ-
κλογράφον alii, alii κύκλον, vel κύκλου ἱστορικοῦ Auctorem vel-
terque appellant. Non quidem, vt opinor, quasi alius ab Epico Cy-
clus ille fuisset Historicus; sed quod Poetas complecteret Histori-
cos, qua nempe Mythica etiam Historiae nomine censet, Histo-
riae certe in qua versarent Poetae ratio dignissima. Sic n. Eume-
lus Poeta antiquissimus ^{a} Historicus appellat. Hujus Dionysi
Cyclographi libros VII. fuisse auctor ^{b} Suidas est. Nec illum nu-
merum excedunt veteres ^{c} qui ex hoc opere testimonia deprom-
serunt. Quo tempore vixerit incertum est. Clemente tn. Alexan-
drino antiquiorem fuisse constat atque Athenaeo. (Accessere dein-
ceps alii ad hunc eundem Poetae, ipsi quoque Epici, collectore fortasse Po-
lemone, a quo nomen Cyclicis Polemoniacis * illi locum forsan habebant in
Cyclo, qualis extabat aetate Procli. Corporis n. vnum neminem collecto-
rem de nomine memorat, hac ipsa, vt videt, caussa, quod non vnus fu-
erit qui opus integrum in vnum Corpus redegerit. Hucusque nullus erat
in Cyclo Epico locus Homero ipsi. Alioqui non ita scripsisset Proclus,
Cycli Epic: Poetis, ab aetate pretium fuisse, potius quam ab elegantia. Erant
n. Poetae Epic: admodum antiqui, teste ^{a} Clemente Alexandrino. Et ne
quidem elegantiae non incelebres fuisse agnoscit Proclus, qui Antimachum
illis accenset, quem Homero ipsi antepossuit Imperator ^{b} Hadrianus. Vi-
nam extaret Procli illa, quam legit Photius, Chrestomathia. Nam & nu-
Poetarum recensuit, & secula quibus vixerint, & fortassis in collectorum.
Recentior erat Proclo, si quis fortasse fuerit, qui Homerum ipsum
Cyclo ipsi inseruerit. Ita rem se habuisse exinde suspicio est, quod λέξεις
quam Poetis Cyclicis antea tribuerat, exemplum ex Homero dederit Auct.
Etymologici magni. Exinde in quod Homerica seorsim locum habue.

a. Schol. Pindar. Olymp. XIII.
b. Suid. Διονύσ.
c. Clem. Alex. Protrept. Athen. Deipnos. L. VII. c. III. p. 801.

* Conf. Schol. ad Iliad. p. 242.

a. Clem. Alex. Strom. I.
b. Spartian. Vit. Adrian.

http://digital.slub-dresden.de/ppn346492408/62